

Succi Serpentariae ꝯ ij.
 Spiritus vini ꝯ j.
 Circulentur prius xxiv. horarum spacio, tum des-
 stillentur. Hujus aquae cape ꝯ j. Magnetics electi
 in pulverem redacti ꝯ iv. Circulentur simul, &

A aqua à fecibus destilletur: idq; ter reiterabis. Atq;
 hoc pacto Magnetics præparationem allequere.
 Idem.
 Referatur huc boli Armeni præparatio, qua posita
 habetur Lib. i. pag. 35. D.

SULPHUR SUBLIMATUM, seu FLORES
 SULPHURIS, Sectio XXXVII.

SULPHUR à sordibus probe repurgatum, B quadam facultate sanant. *Audernacius.*
 Chalcantho in calcem redacto, & sale torrefa-
 cto commiscetur, inditurque vasi. & ex arena
 calida urgetur, dum flores appareant citrini:
 qui per se vel in oleum reducti & exhibiti, plu-
 rimorum morborum medicina existunt. * Co-
 licam, & membrorum resolutionem peculiari


Flores Sulphuris sulsi.

R. Sulphuris vivi, Olei Salis ana q. s.
 Misce, & sublima. Quod sublimatum est, serva
 ad usum. * Asthmaticis & colicis con-
 ferunt. *Innominatus.*

DE PILULIS, seu CATAPOTIIS,
 Sectio XXXIIX.

CATAPOTIA, medi-
 camenta sunt, quæ
 deglutendo sumun-
 tur. Latinis, à parva
 pilæ similitudine, pi-
 lula dicuntur. Porro
 pilularum alie

- Pilulæ ex Bdillio.
 - Pilulæ ad defluxiones tenues.
 - Pilulæ ad fluxorem & raucitatem arteria.
 - Pilulæ hypoglottidis astrictoria.
- Astringunt: ut—
- Pilulæ ad jecoris obstructions.
 - Pilulæ ad lientem obstructum, &c.
- Aperiunt: ut—
- Abstergant: ut— Pilulæ ad renum & vesicae ulcera.
- Pilulæ ad urinas & menstrua provocandas.
 - Pilulæ ex Terabintina.
 - Pilulæ ad urinam.
 - Pilulæ ad matricem.
 - Pilulæ de Castoreo.
- Urinas & men-
 strua movet: ut—
- Alterant,
 hoc est,
- Calculum comminuant: ut— Pilulæ ad calculos.
 - Pilulæ ad dolorem nephriticum.
 - Pilulæ colica.
 - Pilulæ opista.
 - Pilulæ ex Opio.
 - Pilulæ ex Cynoglossa.
 - Pilulæ ex Plantagine.
 - Pilulæ ex Scyræce.
 - Pilulæ harmonia.
 - Pilulæ Scribonii, &c.
- Dolorem miti-
 gant: ut—
- Venerem excitant: ut— Pilulæ ad coitum, &c.
- Veneno resistunt: ut— Pilulæ ad venena.
- Purgant humores, &c. *Vide literam A.*



DE PILULIS astringentibus.

Pilula ex Bdellio.

R. Bdellii ℥ j β.
Myrobalanorum Chebularum, Indarum, Bel-
licarum, Emblicarum,
Concharum Venerearum usurarum,
Charabæ ana ℥ ij β.
Ami ℥ ij.

Succi Porri quantum sufficit.
Excipiuntur. Annum durat. * Ad fluxum hæ-
morrhoidum & ulcerum in eis ad menses im-
modicos. *Mesius.*

*Pilula ad defluxiones tenues, in articulos,
& ulcera pulmonum.*

R. Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ℥ j.
Amyli ℥ β.
Corti, Thuris, Styracis,
Myrrhæ, Succi Glycyrrhizæ,
Opti ana ℥ j.

Sapa excipiuntur, formenturq; catapotia x. quæ
pendeant. Ex his duo vel tria longissime à cibo
dormituri exhibentur. *Rondeletius.*

*Pilula ad fluxorem & raucitatem
arteria.*

R. Glycyrrhizæ purgatæ & lotæ ℥ β.
Tragacanthæ ℥ ij.
Croci ℥ j.
Gummi Arabici,
Resinæ Terebinthinae ana ℥ ij.

Pulpa uvarum passiarum, acinis exemptis ℥ β.
Gummi & Traga. anthum in vino Cretico, uno
die & nocte macerentur: postmodum in mortario
mundo pila contundantur: inde Glycyrrhiza &
Crocus contrita adiciantur: postremo Terebin-
thina & pulpa Uvarum addatur, sicutq; pilulæ ad
fabæ magnitudinem, & dentur sub lingua te-
nendæ, donec in liquorem resolvantur. *Andern.*

Pilula hypoglottides astringentia.

R. Acaciæ ℥ β.
Hypocistidis, Boli Armeni,
Tertæ sigillatæ ana ℥ j.
Rosarum, Spongix, Spinæ albæ radicis,
Rad. Bistortæ ana ℥ ij.
Amyli ℥ ij.

Ex syrupo Rosarum siccarum aut Myrtorum F
formentur pilulæ. *Idem.*

Alia ejusdem.

R. Tragacanthi,
Gummi Arabici ana ℥ ij.
Acaciæ, Balaustii ana ℥ j.
Cinnamomi crassi ℥ β.

Balaustum contundatur: siccatur mortario te-
ratur. Cætera postmodum ex aqua macerentur: de-
inde omnia ex syrupo Rosarum siccarum redi-
gantur in pilulas fabæ magnitudinis: quæ sub
lingua tenendæ exhibentur.

Alia ad fluxionem tenuem, ejusdem.

R. Boli Armeni, Terræ sigillatæ,
Sem. Papaveris ana ℥ j.
Tragacanthi, Gummi Arabici,
Amyli ana ℥ ij.

Ex syrupo Ziziphorum fingantur orbiculi, qui
noctu in ore contineantur.

*Alia ad pituitam educendam &
inspissandam.*

B **R.** Pilularum Penidiarum,
Sacchari candi ana ℥ β.
Tragacanthi, Gummi Arabici ana ℥ j.
Amyli ℥ β.
Succi Glycyrrhizæ ℥ j.

Ex syrupo Ziziphorum formentur pilulæ. *Idem.*

*Alia ad tussim, asperitatem arteria, & rau-
citatem, & materiam educendo-
nem ex pectore.*

C **R.** Glycyrrhizæ mundæ contusæ ℥ j.
Uvarum passiarum, acinis exemptis ℥ ij.
Hordei integri ℥ j.

Decoquantur in libra aquæ ad tertias. Colato ju-
ri addito

Tragacanthi ℥ β.
Penidiarum ℥ ij.
Sacchari candi ℥ j.

Modico Amylo fingantur hypoglottides, quæ
sub lingua teneantur. *Idem.*

Alia pectorales.

R. Spec. Diatrag. frig. Penidiarum ana ℥ β.
Succi Glycyrrhizæ ℥ ij.
Zingiberis ℥ j.

Ireos ℥ j.

Sem. Urticæ, Hyssopi, flor. Anthos ana ℥ β.

Croci Orientalis, Sulphuris ana G. vii.

Cum Loch sano formentur magdalæones pon-
dere unctæ semis, & involvantur Cinnamomo.

* Ad ruffientes, asthmaticos, & reliqua pectoris
vitiæ valent. Augustæ Vindelicoorum in usu sunt.
Adolphus Orco.

Pilula probatæ contra fluxum ventris.

R. Myrtillorum, Balaustiarum, Pfidix,
Symphyti Sang. Draconis, Boli Armeni,
Acaciæ, Hypocistidis, Rosarum,
Tartari, Sumach, Croci,
Gallix moschata, Gallix,
Cinnamomi Spodiis,
Masticis, Gummi Arabici ana ℥ j.
Opti Thebaici ℥ β.

Cum succo cymari Myrti, Lentisci tempera, &
fac pilulas in modum Otobi. Dentur ix. vel xi.
cum aqua rosacea, vel pluviali. * Contra fluxum
ventris, maxime henteriam & dysenteriam, va-
lent. *Nicolaus.*

Pilula styptica.

R. Sumach, Myrtillorum, Pfidix,
Balaustix, Consolidæ major. Sang. Draç.
Boli Armeni, Acaciæ, Hypocistidos,
Rosarum.

Rosarum rubr. Tamarind.
 Croci, Gallie inoschate,
 Cinnamomi, Spodii, Macis,
 Gummi Arabici torrefacti ana ʒj.
 Opii Thebaici ʒʒ.

Cum succo cymarum Myrti formentur pilulæ.
 * Respicunt virtutem retentivam. Datæ cum decoctione Balsulfæ conferant omni fluxui ventris, maxime hæmtericis, & dysentericis. Datæ eû vino decoct. Mastice & Caryophyll. conferunt fluxui in digestionem. Dosis ix. vel xj. in forma orobi. *Arnold. Villano. v. annis.*

Laudanum Theophrasti.

R. Spec. Diambrae ʒj.
 Opii Thebaici ʒij.
 Mumiæ ʒj.
 Succo Hyoscyami ʒij.
 Coral. rub. preparat. ʒij.
 Succini albi ʒij.
 Unicorni G. iv.
 Croci Orientalis ʒj.
 Moschi boni G. iv.
 Aleool vini ʒʒ.

Macerentur ad Solem, vel in loco calido per mensem: deinde exprimantur, & evaporentur usq; ad justam crassitudinem: & formentur pilulæ. Dosis pilulæ vij. cum vino. * Valet ad sistendum sanguinem undecunque prorumpentem, tum ad dolores omnes pacandos, & defluxiones reprimendas. *Theophr. Paracelsus.*

Pilula de Cynoglossa.

R. Myrrhae ʒij.
 Thuris ʒv.
 Opii, Hyoscyami ana ʒʒ.
 Croci ʒij.
 Rad. Linguae canis ʒʒ.

Fiat massa. Datur ʒʒ. ad ʒj. * Valent ad catarthum, coryzam, tussim, aliosq; his succedentes affectus. *Mejues.*

DE PILULIS aperientibus.

Pilula ad jecoris obstructionem.

R. Trochiscorum de Absinthio ʒj.
 Succo Apii, vel Syrupi Byzantini quantum sufficit.

Formentur pilulæ parvæ N. x. pro ʒj. Dentur manè, superbibendo parum vini albi modicè diluti ʒij. aquæ Graminis, Asparagi, Endivizæ, & capillorum Veneris. *Rondeletius.*

Pilula ad lienem obstructum.

R. Trochiscorum de Cappar. vel Trochiscorum de Myrrha ʒj.
 Cum syrupo Acetosol vel Oxymelle formentur pilulæ decem pro drachma, & plures si fieri possint: quas capiat cum syrupo Acetosol ex cochleari: deinde bibat aquas Graminis & Portulacæ ana ʒij. cum duabus uncis syrupi Acetosol simplicis, vel Oxymelice. *Idem.*

A

Pilula ad hepar, alia.

R. Succo Absinthii depurati & exiccati ʒj.
 Spicæ Indicæ, Squinanthi ana ʒʒ.
 Sem. Apii, sem. Petroseliniana ʒj.
 Pulverizentur subtilissime, & cum paucol syrupo Endivizæ fiant pilulæ parvæ. *Idem.*

Pilula ad splenem, fortiores.

R. Myrrhae, Afari, Aristolochiz utriusque, Sem. Capparorum, vel florum ana ʒj.
 Spicæ Indicæ, Squinanthi, Sem. Apii, Petroseliniana, Agni casti ana ʒʒ.
 Cum syrupo Acetosol, aut Oxymelle fiant pilulæ parvæ. *Idem.*

Pilula nostra ad Hydropem.

R. Spicæ nardi Indicæ, Hepatis Lupini ana ʒj.
 Eupatorii ʒj.
 Cum syrupo de Absinthio, & guttis tribus olei Vitrioli fiant pilulæ xxx. auro coopertæ. Dosis pilulæ ʒ. singulis diebus cum vino Absinthiaco.

C

Pilula ad quartanam, nostra.

R. Piperis contusi G. iv.
 Cum succo Gentianæ fiat pilula una auro cooperta. Capiat cum aqua Theriacali, vel liquore Tartari tribus horis ante paroxysmum, corpore prius purgato.

Pilula ad fractam æconomiam hepatis in morbo Venereo.

D R. Ligni Guajaci jam in scobem tenuem redacti ʒj.
 Corticis ejusdem ligni pulverisati ʒʒ.
 Sarcæ parillæ pulverisatæ ʒj.
 Cum syrupo de foncho fiant pilulæ xx. Sumatres cum jam pastum iniritus est. *Huynius.*

DE PILULIS abstergentibus.

Pilula ad renum & vesicæ ulcera.

E R. Tragacanthi leviter assii, Gummi Arabici perum ussi, Corali rubri, Sanguinis draconis, Boli Armeni ana ʒʒ.
 Mastice, Lapidis Judaici ana ʒj.
 Sem. Melonum, Sem. Alchekeengi ana ʒij.
 Sem. Bismalvæ ʒj.

Cum succo Caulæ equinæ, vel Narcissi formentur pilulæ. Quod si ulcus magnum inferat dolorem, ob caliditatem, semen Papaveris addimus. Sin doloris vehementia suadeat, Opii paucam quantitatem castigati addimus. *Rondeletius.*

DE PILULIS MOventibus urinam & menstrua.

Pilula ad menstrua movenda.

R. Aloës opt. lotæ ʒj.
 Myrrhae electæ ʒj.

Sagapeni, Boracis ana ʒ ʒ.
 Castorei ʒ ij.
 Croci ʒ j.
 Spec. Diambre ʒ ʒ.
 Olei Anisi, Carvi ana gutt. vi.
 Cum Vino malvatico cogantur in massula. Do-
 sis ʒ ʒ. vel ʒ ij. præmissis tamen purgantibus.
Casparus Bauhinnus.

*Pilula ad urinas & mensura
 movenda.*

R. Succ. Absinthii siccati ʒ ij.
 Spicæ nardi, Junci odorati ana ʒ ʒ.
 Sem. Apii, Petroselinii ana ʒ j.
 Trochiscorum ex Rhubarbo ʒ j.
 Cum Symplo Eadivig formentur pil. parvæ. *Idem.*

Pilula ex Terebintina.

R. Terebintinae coctæ ʒ j.
 Rhubarbi electissimi ʒ ij.
 Succini albi, succi Glycyrrhizæ ana ʒ ʒ.
 Cinnamomi electi ʒ j.
 Misce, & fiat massa, de qua formentur pilulæ me-
 diocres. Accipiantur autem de his primum no-
 vem ante cœnam: deinceps, nisi alium subdu-
 xerint, plures. *Difficultati & suppressioni urinæ
 conferunt. *Crato.*

Pilula ad urinam.

R. Carabæ ʒ j.
 Gummi Prunorum, vel Ceraforum,
 Asari, Selseli ana ʒ j.
 Sem. Apii, Petroselinii,
 Spicæ Ceticæ ana ʒ ʒ.
 Cum succo Apii, vel Brassicæ marinæ fiant pilu-
 læ, quæ sumantur ventriculo purgato, & Oxy-
 melite superbibito, cum aqua Graminis, Aspa-
 ragi & Apii. *Rondeletius.*

Pilula ad matrem.

R. Doronici, Zedoariæ,
 Nucis moschatae, Castorei ana ʒ j.
 Sem. Apii, Sem. Anethi,
 Margaritarum ana ʒ iv.
 Hyoscyami ʒ ij.
 Fiant pilulæ cum aqua Artemisizæ quantum suf-
 ficit. *Avicenna.*

Pilula de Castoreo.

R. Castorei, Galangæ,
 Zedoariæ, Nucis moschatae ana ʒ j.
 Sem. Apii, Anethi,
 Margaritarum ana ʒ iv.
 Hyoscyami ʒ ij.
 Formetur massa cum aqua Artemisizæ. *Utero
 conferunt, impeditas menstruas purgationes
 eliciunt. *Idem.*

**DE PILULIS CAL-
 culum comminuen-
 tibus.**

Pilula ad renum & vesicæ calculum.

R. Pilularum ad urinam, proximè præscripta-
 rum ʒ ʒ.

A Ochra, sem. Paliuri ana ʒ j.
 Cineris Scorpionum ʒ j.
 Cum Oxymelite vel succo Limonũ fiant pilu-
 læ, superbibendo aquam Graminis, Asparagi,
 vel Saxitragiæ. *Rondeletius.*

**DE PILULIS DOLO-
 rem mitigantibus.**

Pilula ad dolorem colicum.

B R. Spec. Aromatici rosati,
 Spec. Diagalange ana ʒ j.
 Castorei ʒ ʒ.
 Euphorbii ʒ x.
 Opii diligentissimè tuss. cum pistillo ferreo
 caldo, dissolutiq; in vino Malvatico ʒ j ʒ.
 Piperis, Croci, Myrrhæ ana ʒ ʒ.
 Formentur pilulæ decem pro drachma. Capiat
 pilulas 4. aut 5. Si nec sic levetur dolor, dentur 9.
 vel 10. Massa ista non nisi post menses duos propi-
 nanda. Tunc enim vis Opii remissior & ipsa
 exiccata, ita ut pulverizari possit, & cum vino
 propinari. *Rondeletius.*

*Pilula ad dolorem calculi mi-
 tigandum.*

R. Opii ʒ j.
 Styraçis, Croci, Myrrhæ, Castorei ana ʒ ʒ.
 Cum vino Malvatico formentur pilulæ, & cum
 pistillo caldo, in mortario caldo diu permi-
 sceantur. His deinde addatur pilularum ad uri-
 nam præscriptarum ʒ j. *Idem.*

Pilula anodyna, nostræ.

R. Piperis Indici in aceto macerati per noctem,
 & pulverizati ʒ j.
 Croci ʒ ij.
 Myrrhæ ʒ j.
 Opii Thebaici diligentissimè tuss. cum pistil-
 lo ferreo caldo, dissolutiq; in vino gene-
 roso ʒ ij.
 Moschi ʒ ij.
 Misce, & fiant pilulæ, ad quantitatem pisæ. Dan-
 tur tres, vel quinq; ad summum, ante somnum,
 cum vino. *Colicos dolores mitigant: somnum
 inducunt.

Pilula colica.

R. Cnici, Anisi, Castorei ana ʒ j.
 Petroselinii, Piperis longi, rotundi ana ʒ j ʒ.
 Opii, Junci odorati,
 Myrrhæ, Nardiana ʒ ij.
 Ex Melle parentur catapotia. Ex his scrupuli in-
 stat sumetur manè, vel à cœna. *Andernacius.*

Alia.

R. Myrrhæ Troglodytidis ʒ ij.
 Alterci ʒ j.
 Opii ʒ ʒ.
 Cynoglossæ herbæ corticis ʒ ij.
 Cortex prius in Sole exiccetur: deinde in pulve-
 rem tenuè redigatur, aliiq; admiscatur. Omni-
 bus sic mixtis, ex aqua Rosacæ fingantur ci-
 ceris magnitudine catapotia, dentur quinque
 aut septem dormituris. *Idem.*

Pilula opiata.

R. Opii Thebaici minutim iacisi ℥ ij.

Mumix G. iij.

Succi rad. Alterci, dum adhuc est succulenta, collecta purgateque ℥ ℥.

Hæc simul mixta recoquantur vitro, macerenturq; ad solem, vel in loco calido per dies quatuordecim. Postea

Spec. Diambrae ℥ j.

cum Vini ardentis quinquies correcti libra vase optime conditur, & in loco calido, sive in Sole stare per dies octo vel decem finitur, ita ut singulis diebus ter quaterq; agitur. Hujus vini rubicundissimi per inclinationem à confectione separati, modicum super opium, ut antea docui, præparatum funditur, & in puficulam redigitur, idq; per triduum iterum in Sole aliòve loco calido, vase diligenter clauso digeritur, atq; hic labor ter reiterari debet. Tandem medicamentum exsiccati sinito, donec indurescat. hoc in pulverem super lapidē conterito, vino quod dixi, subinde adjecto, dum pulvis crassitudo sit: cui adde

Coralli rubri, Succini flavi, præparati ana ℥ j.

Unicornu G. iv.

Moschi optimi, vel olei ex Moscho, vel ex

Ambra G. iij.

Croci Orientalis ℥ j.

Probe subiguntur, iungunturq; & formantur pilulæ inaniissimæ, quarum singulæ pendeant G. iij. vel iv. Ex his unicui noctu dormituro, unicui mane datur ex vino decumbenti in lecto.

* Medicamentum est ad omnes febres abigendas efficax: usinum, si Paracello fides adhibenda est: dolores omnes, præsertim capitis, sedat: humorumq; defluxiones in partes inferiores prohibet: somnum accersit: tussi medetur: peccoris pulmonumque vitis auxiliatur: sanguinis rejectionem coarctet: vesicæ cruciatus mitigat. *Andernacus ex Paracelso.*

Pilula ex Opio magistrales.

R. Opii, Croci, Casti ana ℥ ℥.

Vini albi quantum sufficit.

Misce. * Faciunt ad tussim, & tenues fluxiones inspissant. *Med. Florant.*

Pilula de Cynoglossa.

R. Cynoglossæ, Opii,

Sem. Hyoscyami ana ℥ ℥.

Myrrhae ℥ vj.

Thuris ℥ v.

Caryophyllorum, Cinnamomi,

Syracis calamitæ ana ℥ ij.

Aquæ Rosacæ quantum sufficit.

Fingatur massa. Servatur annos duos vel tres.

* Magnam vim obtinent in tenuibus sistendis destillationibus, ac doloribus mitigandis. Datur à ℥ j. ad ℥ j. *Nicolaus.*

Pilula de Arnoglossa seu Plantagine, magistrales.

R. Myrrhae, Thuris, succi Glycyrrhizæ ana ℥ j.

Succi Plantaginis quantum sufficit.

A Fiat massa. * Siftunt tenues destillationes, ac eandem fere cum superioribus facultatem obtinent.

Pilula de Syrace.

R. Syracis liquidæ, Thuris, Myrrhae,

Succi Glycyrrhizæ Opii ana ℥ j.

Fiat massa. Durat annos duos, vel plures. Dosis eadem cum superioribus. * Ad eadem efficaces, ad quæ sequentes. *Mesius.*

Pilula Syracis alia.

R. Syracis ℥ ix.

Opii, Myrrhae ana ℥ ℥.

Sapæ quantum sufficit.

Fiat massa. Servatur per annos duos vel tres. Datur à ℥ j. usque ad ℥ j. * Faciunt ad tussim recentem, & hæmopticos, dolorem levant, ac somnū inducunt. *Galenus.*

Alia, ejusdem.

R. Myrrhae, Piperis, Opii,

Syracis, Castorei, Galbani ana ℥ ij.

Sapæ quantum sufficit.

Fiat massa. Servatur ad annos tres. Dosis eadem cum superioribus. * Faciunt ad destillationem, dolorem capitis, agrè spirantes, peripneumonicos, ad vesicæ & uteri affectiones.

Pilula harmonia.

R. Syracis, Castorei, Piperis,

Cardamomi ana ℥ iij.

Opii, Myrrhae,

Sem. Hyoscyami ana ℥ j.

Sapæ quantum sufficit.

Fiat massa. Servatur in charta pura, ceræ liquatæ intincta, ad annos tres. * Ad destillationes & in-exuperabilem defluxum utiles sunt. *Galenus.*

Pilula Scribonii.

R. Sagapeni, Myrrhae ana ℥ ij.

Opii, Cardamomi,

Castorei ana ℥ ℥.

Piperis albi ℥ j.

Sapæ quantum sufficit.

Fiat massa. Excitetur, & papyro, ceræ liquatæ intincta, servetur ad annos tres. Dosis à ℥ j. ad ℥ j. * Phelificis, sanguinem rejectantibus, suppuratis edunt pelliculas, & repurgant sufficienter: verum immorari pharmaco oportet. *Galenus.*

DE PILULIS VENEREM EXCITANTIBUS.

Pilula ad coitum.

R. Foeniculi assii, sem. Erucae ana ℥ ij.

Tere cum lacte vaccino, & forma pilulas ad modum fabæ. Da tres cū vino. *Arnold. Villanov.*

Pilula contra mirabiliter stimulantibus.

R. Cerebella Passerum N. xxx.

& solve diutissime in catino, & accipe æqualiter Scvi hircini, quod est circa renes, statim dum occiditur: solvatur juxta ignem, cui addantur Cerebra, & Mellis q. s. In patella misceantur, & tab.

K ;

diu coquantur, donec indureant: postea formentur pilule in modum avellanæ: & da unam ante coitum. *Arnold. Villanovanus.*

Pilule ad eos, qui coire non valent.

℞. Ceparum albarum,
Testiculorum Vulpis,
Cerebella Passerum,
Flor. Palmæ masculi,
Olibani albi ana q. s.

Tempera cum aqua calida, & forma pilulas in modum Ciceris. Dabis septem mane cum vino.

DE PILULIS VENENO RESISTENTIBUS.

Pilule contra venena.

℞. Imperatoria, Bistorta, Tormentilla,
Valeriana, Dictamni albi, Carlinæ,
Aristolochia rot. Gentiana, Agarici electi,
Salis gemmæ ana partes æquales.
Succi Alliorum, Ceparum q. s. est.
Croci ʒj.

Misce omnia, ut fiat tanquam pasta, quæ in umbra siccat, & servetur ad usum. Quando autem uti voles, recipe hujus pastæ ʒʒ. & cum supra dictis succis formetur pilule.

DE PILULIS PURGANTIBUS BILEM FLAVAM EX CAPITE.

Pilule aureæ.

℞. Aloës Scammionii præparati, seu
Diagridii ana ʒ v.
Rosarum rubr. sem. Apii ana ʒij ʒ.
Sem. Fœniculi ana ʒj ʒ.
Masticis, Croci,
Pulpæ Colocythidis ana ʒj.

Trita crassius excipiantur, Tragacantha macerata in aqua Fœniculi, & fiat massa, quæ siccanda, & in vesica, vel charta, ceræ liquefactæ intincta, asservanda per annum. Dosis à ʒj. ad ʒj. vel ʒij. *iv.*
* Caput expurgant, aciem oculorum exacuunt, flatu ventriculi & intestinorum dissolvunt, ac citra molestiam alvum dejiciunt. *Nicolaus.*

Pilule Arabice.

℞. Aloës optimæ ʒij.
Rad. Bryonia, Myrobal. Citrinarum, Chebularum, Indarum, Bellhricarum, Emblicarum,
Masticis, Diagridii,
Asari, Rosarum ana ʒj.
Castorei ʒij.
Croci ʒj.

Succi Fœniculi quantum sufficit.
Fiat massa. Servatur siccata in papyro, ceræ liquefactæ intincta, ad annum. Dosis ut præcedentium. * Valent ad capitis dolorem, vertiginem hemiplegiamque: letitiam generant, mentisque vigorem conservant, visum acuunt, auditumque amissum restant. ac stomachum à vitiosis humoribus purgant. *Idem.*

A DE PILULIS PURGANTIBUS BILEM EX HEPATE.

Pilule ad bilem in febris.

℞. Rhabarbari electi ʒʒ.
Cinnamomi, Spicæ ana G. vj.
Tamarindorum ʒj.
Succi Apii ʒʒ.

Temperetur Rhabarbarum cum Spica & Cinnamomo in succo Rosarum, & cum eodem succo aut syrupo Rosarum lax. fiant pilule. His etiam Diagridii G. j. pro ʒj. addi possunt. Post assumpcionem hujus pilulatum imperandum, ut æger bibat Violari ʒj. vel ij. cum pauca quantitate aquæ Borrageis. *Kondelictus.*

Alia.

℞. Rhabarbari ʒj.
Aloës, Masticis ana ʒʒ.
Diagridii G. vj.

Spicæ nardi, Nucis moschata ana G. ij.
Cum syrupo Rosarum lax. fiant pilule. *Andernactus.*

Pilule ex Rhabarbaro.

℞. Rhabarbari electi ʒij.
Succi Glycyrrhizæ, succi Absinthii,
Masticis ana ʒj.
Myrobal. Citrinarum ʒij ʒ.
Succi Fœniculi ana ʒʒ.
Trochiscorum Diarrhod. ʒij ʒ.

Spec. Hieræ simpl. ʒx.
Aque Fœniculi quantum sufficit.

Fiat massa. Siccata, in vesica vel papyro, ceræ liquefactæ intincta, servatur per annum. Datur à ʒj. usque ad ʒij. * In febris diuturnis, jecinis obstructionibus, & aquæ inter cutem initus conferuat. *Mesues.*

Pilule Sabellie.

℞. Spicæ Indicæ ʒv.
Spicæ Romanæ ʒij.
Rhabarbari, Agarici,
Epirhymi,
Costi, Masticis, Chamædryos,
Amomani ʒij.
Croci ʒij.
Myrrhæ, Cinnamomi, Caryophyllorum,
Schoenanthi ana ʒj.
Aloës ʒx.

Cum vino antiquo fiat massa: quæ siccata in charta ceræ liquefactæ intincta, servatur ad annum. Datur ad ʒij. cum vino. * Obstructiones ventriculi, hepatis, henis sanant, & hydropem materiamque vacuant. *Idem.*

Pilule de Euphorbia.

℞. Myrobalanorum Citrinarum,
Succi Eupatoriæ Mesuæ,
Succi Absinthii ana ʒij.
Rhabarbari ʒij ʒ.
Masticis ʒj.
Croci ʒʒ.
Aloës ʒx.

Succi Endivie quantum sufficit.
Fiat massa, ut supra servanda. * Mirifice profunt
in febribus intermittentibus biliosis, morbo re-
gio, jecinisque obstructionibus. *Mesues.*

**DE PILULIS PUR-
gantibus pituitam ex
capite.**

Pilula cochia.

R. Spec. Hieræ simpl. ʒ x.
Pulpæ Colocynthidis ʒ ij. ʒ j.
Scammonii præparati ʒ ij.
Turbiti, Stœchadis ana ʒ v.
Vinialbi quantum sufficit.
Fiat massa. Sicceetur, & conservetur in charta ce-
re liquatæ intincta, per annum. Dosis ʒ j, utque
ad ʒ j. *Rhasis.*

Pilula Hieræ cum Agarico.

R. Cinnamomi, Nardi Indicæ,
Croci, Schœnanthi, Afari,
Masticis, Cassiæ, Xyloballami,
Carpoballami, Violarum,
Epithymi, Colocynthidis ana ʒ j.
Agarici, Turbiti ana ʒ ij.
Rhabarbari, Scammonii præparati ana ʒ ʒ.
Cum vino albo & Theriaca conficere, & serva ut
supra. Dosis ʒ j, ad ʒ j. * Opem ferunt vitis ca-
pitis, nervorumque, & stomachi cruditatibus.
Antonius de Scarparia.

Pilula ex Colocynthide.

R. Colocynthidis, succi Absinthii ana ʒ ʒ.
Aloës, Scammonii præparati ana ʒ j.
Rhabarbari electi ʒ ij.
Trita omnia succo excipiantur. * Pituitam à ce-
rebro & aliis nervosis vacuant: ob id conferunt
dolori capitis ex frigido. *Galenus.*

Pilula ex Colocynthide, Mesue.

R. Pulpæ Colocynthidis ʒ vi.
Myrobal. Indicarum, Citrinarum, Sagapeni,
Bdellii molles, Sarcocollæ ana ʒ v.
Aloës ʒ viij.
Nigelle, Cymini, Origani Persici,
Nasturtii albi, Salis gemmei,
Absinthii Romani ana ʒ j.
Succi Porri quantum sufficit.
Fiat massa. Sicceetur & servetur ut supra, per an-
num. * Valent ad affectus pituitosos & melancho-
licos, ut alphas curatu difficiles, & juncturarum
dolores.

Pilula Alhandal.

R. Trochiscorum Alhandal ʒ xij.
Spec. Hieræ simpl. ʒ vij.
Masticis ʒ ij.
Salis gemmei ʒ j ʒ.
Ladani ʒ j.
Ladanum & Mastiche intincta oleo Nucum, tun-
dantur pistillo calido in mortario æneo: deinde
reliqua trita addantur, & fiat massa, in charta ce-
re liquatæ intincta, servanda per annum, vel per

A dimidium. * Ad cephalæam & hemieraniam diffi-
cilem, & affectus nervorū & juncturarū. *Mesues.*

Pilula ex sex rebus.

R. Aloës, Scammonii, Colocynthidis,
Agarici, Bdellii, Gummi Arabici,
Rhabarbari ana ʒ ʒ.
(Rhabarbarum à Florentinis additum est.)
Tere, & fiat massa. Servatur ut præcedens. Dosis
ʒ j, ad ʒ j. * Pituitam à cerebro & aliis nervosis
evacuant. *Galenus.*

B *Pilula de oculo rebus sive oclomera.*

R. Aloës, scammonii præparati ana ʒ ij.
Pulpæ Colocynthidis, Epithymi,
Agarici, Masticis, Dauci Cretici,
Myrobal. Chobulatum, Absinthii ana ʒ j.
Succi Solani quantum sufficit.
Fiat massa. Probe exticeetur, deinde ad usum in
papyro, cere liquatæ intincta, servetur usq; ad
annum. Dosis ut præcedens. * Purgant humores
C crallos à capite, vitium acuant, & suffusionem ar-
cent. *Nicolau.*

*Pilula contra catarrhum & reple-
tionem capitis.*

R. Stœch. Arab. ʒ ʒ.
Nucis moschatae, Macis ana G. v.
Caryophyllorum, Cinnamomi ana ʒ ʒ.
Squinanthi, Afari, Carpoballami,
Cubebæ ana G. vij.
Quinque genera Myrobal. ana ʒ j.
Rhabarbari electi ʒ ij.
Spicæ Indicæ ʒ ʒ.
Turpeti ʒ j ʒ.
Agarici opt. fol. Senæ ana ʒ ij ʒ.
Salis gemmæ ʒ ʒ.
Aloës succo-citrini ʒ j ʒ.
Rosarum ʒ ʒ.
Diagridii ʒ ij ʒ.
Cum succo Caulium, vel aqua Majoranæ, vel
Salviæ fiat massa.

D

*Pilula valde experta contra flu-
xum capitis.*

R. Aloës hepaticæ ʒ j. G. xv.
Agarici ʒ j. G. iij.
Masticis ʒ ʒ.
Zingiberis G. v.
Spicæ Indicæ G. iv.
Salis gemmæ, Trochisc. Alhandal ana G. iij.
Cum syrupo de Stœchade fiant pilulæ N. xxx.
Dosis pilulæ tres vel quinque in introitu lecti.
* Valent pro capite & stomacho.

F

Pilula epileptica nostra.

R. Cranii humani ʒ ij.
Pulpæ Colocynthidis,
Trochiscorum Alhandal,
Stœchadis Arabici, Castorei ana ʒ j.
Hieræ Galeni ʒ iv.
Agarici, Turpeti ana ʒ j.
Cum aqua Pæoniæ, vel syrupo de Stœchade
fiant pilulæ.

DE PILULIS PUR- A

gantibus pituitam ex
pectore.*Pilula Hiera cum Agarico.*

R. Spec. Hieræ simpl. Gal.
Agarici trochiscati ana ℥ β.
Aloës ℥ j.
Mellis colati quantum sufficit.

Fiat massa, quæ ut præcedens servanda. Datur à
℥ j. usq; ad ℥ ij. * Auxiliantur stomachicis, ath-
maticis, & aliis stomachi & thoracis vitiiis, à cras-
sis & pituitosis humoribus natis.

Pilula ex Agarico.

R. Agarici ℥ ij.
Masticis, Iridis, Marrubii ana ℥ j.
Turbith ℥ v.
Spec. Hieræ picræ ℥ β.
Myrrhæ ℥ j.

Colocynthis, Sarcocollæ ana ℥ ij.
Agaricum lima in pulverem redigitur: reliqua
contunduntur, fiuntque pilulæ cum Sapæ suffi-
cienti quantitate. Colocynthis loco satius erit
trochiscos Alhandal sumere. Servantur ad annum
dimidium, vel integrum. Dosis à ℥ β. ad ℥ j. β.
* Auxiliantur asthmaticis, & aliis thoracis vitiiis
à crassis & pituitosis humoribus natis. *Mesues.*

Pilula bechica.

R. Succi Glycyrrhizæ,
Sacchari albi ana ℥ x.
Amyli, Tragacanthæ,
Amygdalarum dulc. ana ℥ vj.
Mucilaginis sem. Cydoniorum q. s.
Tere, fiant pilulæ. * Ad tussim veterem & siccam,
gutturisq; & faucium asperitatem pollut. *Idem.*

Pilula bechica, Rhafis.

R. Amyli, Tragacanthæ,
Amygdalarum purgatarum,
Fabarum decor. icatarum, sem. Papaveris,
Capitum Papaveris, Gummi Arabici,
Boli Armeni ana ℥ ij.
Mucilaginis Psyllii q. s.

Fiant pilulæ.

Pilula bechica alba, magistrales.

R. Sacchari candi,
Amyli ana ℥ vj.
Pemidiorum ℥ ij.
Tragacanthæ ℥ ij.

Tragacantha dissolvatur in aqua Rosacea per
diem, & fiant pilulæ.

Pilula bechica emplastica.

R. Gummi, Tragacanthæ ana ℥ β.
Succi Glycyrrhizæ ℥ j. Sapæ q. s.
Fiant pilulæ. *Galenus.*

Pilula bechica cum Terebinthina.

R. Piperis, Cassiæ, Cinnamomi ana ℥ ij.
Galbani, Terebinthinæ ana ℥ j.
Mellis depurati q. s.
Fiant pilulæ. *Idem.*

Pilula bechica.

R. Pinearum nucleorum,
Amygdalarum amar. ana ℥ j. β.
Glycyrrhizæ ℥ vj.
Succi Glycyrrhizæ ℥ iv.

Cum aqua Rosacea fiat massa. * Adversus tussim
veterem pollut., & gutturis ac faucium asperit-
tatem.

Pilula bona.

R. Pilularum cochiarum ℥ j.
Azajaret ℥ β.
Agarici trochiscati ℥ β.
Trochisc. Alhand. G. lix.
Cum syrupo de Hysso fiant pilulæ N. xx. Do-
sis pil. v. * Valent in tussi & catarrho.

DE PILULIS PUR-
gantibus pituitam ex
stomacho.*Pilula alephangina.*

R. Cinnamomi, Cubedarum,
Ligni Aloës, Calami aromatici,
Masticis, Nucis moschate,
Cardamomi, Caryophyllorum,
Rad. Asari, Masticis,
Schoenanthi, Nardi Indicæ,
Carpobalsami ana ℥ j.
Abinthii, Rosarum rubr. ana ℥ v.

D Tereantur crassius, & in ℥ xij. aquæ communis
per diem macerata, coquantur ad dimidii con-
sumptionem, deinde fricentur, & colentur: & in
colaturæ ℥ ij. in pce

Aloës sæpius lotæ secundum artem, & in pul-
verem redactæ ℥ β j.

Insolabis donec siccetur, sæpius agitando: &
addes

Myrrhæ, Masticis ana ℥ v.

Croci ℥ ij.

E Tere curiose: prædicti decocti reliquum ipsis af-
funde, agita in Sole, donec siccetur, & in istam
crassitiem reducantur, ut fieri possint pilule se-
cundum artem. Serventur ad annum dimidium,
vel integrum. Dosis à ℥ j. usque ad ℥ ij. Consci
debent hæ pilulæ mense Junio, vel Julio. * Ven-
triculum, cerebrum, & sensoria humorib. crassis,
putribus, pituitosis purgant, & inde natum dolo-
rem dissipant, ventriculum roborant, & conco-
ctionem ejus juvant. *Mesues.*

Pilula Galeni, similes alephanginæ.

R. Cinnamomi, Calami aromatici,
Cassiæ, Xylobalsami,
Schoenanthi, Dactylorum ana ℥ j.

Trita omnia macerentur in aqua pluvie sufficien-
ti quantitate, in olla nova, deinde excoquantur ad
medias. Gola, & colaturæ impone Aloës sæpius
lotæ in aqua pluvie & pulverizatæ ℥ β j. Permi-
scentur, & insolentur per dies Caniculæ, donec
exiccata sint: deinde addita

Croci, Myrrhæ, Masticis ana ℥ j.

Misce,

Misce, & fiant pilule. * Idem præstant quod præcedentes.

Pilula ante cibum.

R. Ligni Aloës, Caryophyllorum, Macis, Nucis moschatae, Zedoariae, Zingiberis, Spicæ Galangæ, Croci, Amomi, Galami Aromatici, Xylobalsami, seu pro eo, Acori veri, Carpobalsami, seu pro eo, Granoum Paradisi, Cardamomi, Cubebarum, Absinthii, Mea hæ rubæ, Sem. Apii, sem. Forniculi, Anisi, Sem. Petroselinii, Sem. Sileris montani, Sem. Levistici, Mastice ana ʒ j. Rhabarbari ad pondus omnium, id est, ʒ iij. Aloës ʒ vi.

Misce, & fiat massa cum oleo Nucis moschatae per expressionem facta: vel cum vino optimo: sed præstabit cum oleo fieri, ut dictum est. *Masticæ Colonienfes.*

Alia ante cibum.

R. Ligni Aloës, Caryophyllorum, Foli Xylobalsami, Sem. Balsami, Cassiæ lignæ, Maceris, Nucis moschatae, Cinnamomi, Cubebarum, Croci, Sileris montani, Rad. Nardi, Mastice ana ʒ ij. Rhabarbari, Aloës succo-citrinæ ana ʒ iij ʒ.

Vino odorato excipiuntur. * Concoquendi vires firmant, humoresque biliosos leniter purgant. Dantur à ʒ j. usque ad ʒ ij. *Andernacus.*

Pilula ante cibum & post.

R. Aloës ʒ xliij. Rhabarbari ʒ j ʒ. Ligni Aloës, Caryophyllorum, Foli Mastice, Xyl. balsami, Carpobalsami, Croci, Spicæ nardi, Cassiæ lignæ, Cinnamomi, Cubebarum ana ʒ ij.

Conficiantur cum vino optimo. * Respicunt stomachum: dantur constipatis, & iis, qui sunt alvo dura, & conqueentibus de dolore stomachi propter ventositatem, vel exuperantia phlegmatis, præterquam tempore calido, absq; observatione dixit 9. vel it. cum vino calido conservant sanitatem. *Arnold. Villanovanus.*

Pilula ante cibum & post cibum.

R. Cinnamomi, Caryophyllorum, Galangæ, Nucis moschatae, Macis, Zingiberis, Cardamomi, Xyloaloës, Syracis calamitæ ana ʒ j. Rhabarbari ad pondus omnium supradictorum, Aloës ad pondus omnium supradictorum.

Confice cum vino. Sumantur ante cibum vij. & post cibum v. * Virtutem digestivam confortant. *Nicolau.*

Pilula mastichina.

R. Mastice ʒ ʒ. Agarici optimi ʒ iij. Aloës ʒ x.

Agaricum climatum aut crasum maceretur in Oxy-melice, statq; massa. Servatur ad annum. Dosis ad ʒ ij. * Ventrículum, cerebrum, viscera reliqua, oculos, uterum putribus humoribus purgant & roborant. *Conciliator.*

Pilula stomachica.

R. Myrobalanorum Citrinarum, Aloës, Turbith ana ʒ x. Rosarum, Spicæ Indicæ, Mastice ana ʒ ij ʒ. Anisi ʒ j ʒ. Salis Indi. vel Salis gemmei, Croci ana ʒ j.

Cum succo Absinthii formetur massa. Servatur ad annum dimidium vel integrum. Dosis ad ʒ ij. * Biliosos & pituitosos vacuant humores, eos potissimum, qui caput & ventriculum obsident. *Mejues.*

Pilula stomachica alia.

R. Myrobalanorum Citrinarum, Indarum, Chebularum ana ʒ iij. Rosarum, Mastice, Cardamomi, Ligni Aloës, Soudali citrini, Cubebarum, Caryophyllorum, Schœnanthi, Nucis moschatae ana ʒ ij. Rhabarbari ʒ ʒ. Turbith ʒ vij. Aloës ad pondus omnium.

Fiat massa. Servatur ad annum. Dosis à ʒ j. usque ad ʒ ij. * Cerebrum & ventriculum corruptis humoribus purgant, ventriculum roborant, coctionem juvant, appetentiam excitant. *Alkindus.*

Pilula stomachica alia.

R. Hieræ picræ ʒ vij. Myrobal. Chebularum, Citrinarum, Indarum ana ʒ iij. Agarici ʒ ij. Turbith boni ʒ x. Epithymi Cretensis, Anisi, Salis Indi ana ʒ ij. Absinthii, Scammonii, Penderum ana ʒ ij. Succu Cichorii quantum sufficit.

Fiat massa. * Pituita & bile flava ventriculum, hepatis, caput, sensoria, juncturas purgant. Dantur ʒ ij. *Mejues.*

Pilula stomachica alia.

R. Hieræ picræ ʒ x. Trium Myrobalanorum, Absinthii ana ʒ ij. Mastice, Anisi, Myrobal. Belliicarum, Emblicarum, Agarici ana ʒ iij ʒ. Zingiberis ʒ ij. Caryophyllorum, Salis gemmei, Schœnanthi ana ʒ j.

Turbith ʒ ij.
Succi Absinthii quantum sufficit.
Fiat massa. Dosis à ʒ j. usq; ad ʒ ij. vel iij. * Cerebrum & ventriculum corruptis humoribus purgant, ventriculum roborant, coctionem juvant, appetentiam excitant. *Mejues.*

Pilula ex Turbith, Stomachica dicta.

R. Turbith gummosi ʒ x.
Masticis ʒ ʒ.
Rosarum rubrarum ʒ iij.
Aloes ʒ ij. ʒ j.
Succi Absinthii quantum sufficit.
Fiat massa. Servatur per annum dimidium, vel integrum. Datur à ʒ j. usq; ad ʒ ij. vel ʒ iij. * Materiam pituitosam, putrem, & aquosam ex ventriculo & cerebro vacuant. *Idem.*

Pilula ex Turbith.

R. Turbith, Myrobal. Citrinarum,
Aloes ana ʒ x.
Masticis, Rosarum, Spicæ ana ʒ ij ʒ.
Anisi ʒ j ʒ.
Croci ʒ j.
Salis Indii ʒ ij.
Idem ut sequentes promittunt. *Idem.*

Pilula aurea ex Turbith.

R. Aloes ʒ xij.
Masticis, Rosarum rubr. ana ʒ vij.
Myrobal. flavarum ʒ x.
Croci ʒ iij.
Turbith gummosi ʒ xvj.
Pulverizentur, & cum succo Absinthii q. l. fiat massa. * Pituitam & bilem sine molestia purgant: hepar & ventriculum roborant, coctionem juvant. *Idem.*

Pilula communes, Pestilenciales dicta.

R. Aloes ʒ j.
Myrrhæ, Croci ana ʒ ʒ.
Vini albi q. l.
Fiat massa. * Mirificè adversus pestiferæ Luis contagia popularim grassantia poliunt. Humores etiam ventriculo immerfos educunt. *Avicenna.*

Pilula pestilenciales, Russi.

R. Aloes, Ammoniæ ana ʒ j.
Myrrhæ ʒ ʒ.
Cum succo Limonum fiat massa.

Pilula contra pestem, magistrales.

R. Myrrhæ, Croci,
Boli Armeni, Coralli rubri,
Charabæ ana ʒ j.
Myrobal. Chebularum ʒ ij.
Aloes ʒ vij.
Vini albi quantum sufficit.
Fiat massa.

Pilula pestilenciales.

R. Aloes optimæ ʒ ij.
Rhabarbari electi, Myrrhæ optimæ ana ʒ j.
Zedoariæ selectæ, Croci ana ʒ j.

A Gum succo Citri, vel Limonum, vel Aurantiorum, vel Acetosa: fiat massula, ex qua formentur pilulæ. Datur ex his ʒ ʒ. singulis septimanis. *Medici Basilienses.*

Pilula pestilenciales alia.

R. Aloes lotæ ʒ j.
Myrrhæ ʒ ʒ.
Agarici ʒ j.
Masticis ʒ j ʒ.
Croci, Rhabarbari electi,
Boli Armeni ana ʒ ʒ.
Spec. Hieræ picæ ʒ j.
Diagridi ʒ ij.
Cum vino fiant pilulæ. * Valent contra pestem. *Antonius de Bononia.*

Pilula contra vermes.

R. Aloes ʒ ij.
Myrrhæ, Scordii, Dictamni albi ana ʒ j.
Cum syrupo de Absinthio fiant pilulæ. Dosis ʒ j.
Et si puer sit tenerior, ʒ ʒ. aut ʒ ij. *Hieronymus Mercurialis.*

DE PILULIS PURGANTIBUS PITUITAM EX JUNCTURIS.

Pilula de Hermodactylis, majores.

R. Hermodactylorum,
Myrobal. Citrinarum, Aloes, Turbith,
Colocynthidis, Bdelli, Sagapeni ana ʒ vij.
Castori, Sarcocollæ,
Euphorbii, Opopanacis,
Sem. Rutæ, sem. Apii ana ʒ iij.
Croci ʒ j ʒ.
Succi Braslicæ q. l.
Fiat massa. Servatur ad annos duos. Dosis à ʒ j. usque ad ʒ ij. * Valent ad podagram, & dolores frigidis aliarum juncturarum. *Majues.*

Pilula arthritica.

E R. Hermodactylorum,
Turbith, Agarici ʒ ʒ.
Castiæ lignæ, Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum, Xylobalsami,
Carpobalsami, Macis, Galangæ,
Zingiberis, Masticis, Asæ fœtidæ,
Fœniculi, Anisi, Saxifragiæ,
Sem. Asparagi, sem. Rulci, Rosarum,
Mili Solis, Salis gemmei ana ʒ ij.
Scammonii ʒ j.
F Aloes optimæ ad pondus omnium.
Succi Fœniculi q. l.
Fiat massa. Siccetur & servetur in charta, ceræ liquatæ intincta, ad annum. Dosis à ʒ j. usque ad ʒ ij. * Valent ad podagram, aliosq; articulorum dolores. *Nicolaus.*

Pilula arthritica, alia.

R. Etonicæ, Myrrhæ,
Boli Armeni preparati, Ivæ arthriticæ ana ʒ j.
Pimpinellæ, Chamædryos, Aloes ana ʒ ij.
Croci ʒ ʒ. Mellis ros. colati q. l.

Misce, & fiat massa pilularum. Capiat duas pro una vice, per tres horas ante cibum, ad quantitatem Ciceris, singulis diebus: & videbis mirabilem effectum. *Innominarus.*

Pilula arithetica quatuor magistrorum.

R. Hermodactylorum,
Gummi Hederae ana ʒvj.
Turpeti gummosi, Myrobal. Chebularum,
Pulp. Colocynthidis, Agarici ana ʒij.
Euphorbii, Diagridii,
Sarcocolla, Opopanacis,
Serapini, Bdellii, Amomi ana ʒj.
Salis geminae, sem. Apii,
Petroselinii, Rutae domest.
Rad. Acoris, sem. Cicuta ana ʒʒ.
Aloes ʒijj.
Diagridii ʒj.

Confice cum succo Ivæ, vel Fœniculi: imponatur pulvis Ivæ. *Arnold. Villanovanus.*

Pilula podagrica.

R. Agarici opt. Rhabarbari pul.
Malticis ana ʒj.
Croci ʒʒ.
Succi sive extracti Hellebori nigri,
Succi Fumiteriæ,
Succi sive extracti Colocynthidis,
Succi sive extracti Gentianæ,
Succi sive extracti Petasitæ,
Extracti Rhabarbari ana ʒj.

Misce, & fiat pilula. *Henricus Wolsius.*

Pilula ferida majores.

R. Sagapeni, Ammoniaci,
Opopanacis, Bdellii,
Colocynthidis, Rutae agrestis,
Aloes, Epithymi ana ʒv.
Hermodactylorum, Scilule ana ʒij.
Scammonii preparati ʒijj.
Turbiti ʒʒ.
Cinnamomi, Nardi Indicæ,
Croci, Castorei ana ʒj.
Zingiberis ʒʒ.
Euphorbii ʒij.

Dissolvantur lacrymæ in succo Porri, & fiat massa. Siccetur, & servetur in charta, ceræ liquatæ intincta, per annum. Dosis à ʒij. ad ʒj. * Vacuant pituitam crassam, crudam: ob id conferunt affectibus inde natis, arthritidi, podagræ, gonagræ, dolori spinæ, & aliarum juncturarum, ventriculi, colico, alphis, elephantia, aliisque cutis vitis. *Mejus.*

Pilula ferida minores.

R. Sagapeni, Ammoniaci,
Opopanacis, Bdellii,
Myrrhæ ana ʒv.
Turbiti ʒx.
Colocynthidis ʒvj.

Fiant ut priores. * Idem pollent. *Idem.*

Pilula ex Sagapeno.

R. Sagapeni, Ammoniaci,

A Bdellii, Opopanacis, Aloes,
Castorei, Rutae agrestis ana ʒij.
Colocynthidis ʒij.
Salis geminae ʒj.
Succi porri quantum sufficit.
Fiat massa. Siccetur, serveturque in papyro, ceræ liquatæ intincta, per annos duos. Dosis à ʒij. ad ʒj. * Pituitam lentam purgant: ob id juvant paralyfim, spasimum, dolorem juncturarum, dorſi, podagramque frigidam. *Mejus.*

B *Pilula ex Opopanace.*

R. Opopanacis, Hermodactylorum,
Sagapeni, Bdellii,
Ammoniaci, Colocynthidis ana ʒv.
Croci, Castorei, Myrrhæ, Zingiberis,
Piperis nigri, longi, Calliæ lignæ,
Myrobalanorum Citrinarum, Indarum,
Belliricarum, Emblicarum ana ʒj.
Scammonii preparati ʒij.
Turbiti ʒʒ.

C Aloes ʒij.
Succi Brassicæ q. s.
Fiat massa: siccetur & servetur in charta, ceræ liquatæ intincta, loco sicciorè, per annum. Dosis ʒij. usque ad ʒj. * Ad paralyfim, spasimum, convulsivum, gonagram, podagram, & aliorum articulo- rum dolores, morbosque partium nervosarum frigidos, utiles sunt. *Idem.*

Pilula de Sarcocolla.

D R. Sarcocollæ ʒijj.
Turbiti ʒʒ.
Colocynthidis, Zingiberis ana ʒij.
Salis geminae ʒj.
Aque Rosarum q. s.

Fiat massa, quæ ut præcedens servanda. Dosis ʒj. * Pituitam vacuant: ob id pituitosis affectibus commodant. *Idem.*

Pilula benedicta.

E R. Spec. Benedictæ laxativæ ʒvj.
Mellis rosati q. s.
Fiat massa. Servatur papyro munda, ceræ liquatæ intincta, per annum. Dosis à ʒj. ad ʒij. * Humores pituitosos, potissimum ad articulos decumbentes, eliciunt, à renibus quoque & vesica purgant. *Nicolasus.*

Pilula de Nitro.

F R. Aloes, Colocynthidis, Scammonii,
Bdellii, Hellebori nigri,
Gummi Arabici ana ʒij.
Euphorbii, Nitri ana ʒj.
Cum succo Brassicæ fiat massa. * Valent ad crassos, frigidos, lentos & glutinosos humores, ex remotioribus partibus educendos, frigidis nervorum affectibus succurrunt, & humores ex alto evocant, quo nomine cerebri, & capitis pertinacibus affectibus, articularis morbis, comitiali & resolutioni conveniunt. Stomachicis & Ischiadicis succurrunt. Vertiginosos juvant: pituitæ lentitiam dissipant, utramq; bilem deturbant: unde parum utilis in morbo Gallico. *Alex. Trallianus.*

**DE PILULIS PUR-
gantibus melancholiam ex
hepate & splene.**

Pilula ex Fumaria.

R. Myrobal. flavarum, Chebularum, Indarum
ana ʒ v.
Aloës ʒ viij.
Scammonii præparati ʒ v.
Succi Fumariæ quantum sufficit.
Omnia in pulverem redacta comprehende succo,
& sicari finito: rursus trita succo excipiantur,
siccantur: & sic tertium, & in pilulas formen-
tur. Durant annum. * Solvunt humores acres,
biliosos, pituitam salfam, & alios adustos, à qui-
bus pruritus & scabies. *Avicenna.*

Pilula Indæ.

R. Myrobal. Indarum, Hellebori nigri,
Polypodii ana ʒ v.
Epithymi, Steechadis ana ʒ vi.
Agarici, Lapidis Lazuli loti,
Colocynthidis, Salis Indii ana ʒ ʒ.
Succi Eupatorii inspissati,
Nardi Indicæ ana ʒ ij.
Zingiberis ʒ j.
Spec. Hieræ simpl. ʒ j ʒ.
Succi Apii q. f.

Fiat massa: quæ leviter siccata, servetur in charta
munda ceræ liquatæ intincta per annum. Datur
à ʒ ij. ad ʒ j. * Valent ad affectus melancholicos,
cancrum nõ ulceratum, elephantiam, alphas nigros
curatu difficiles, melancholiam morbum, & inde ortum
tumorè & mortorem, quaranam, icterum, splenicum,
& splenis dolorem. *Mesues.*

Pilula de lapide Lazuli.

R. Lapidis Lazuli loti ʒ vi.
Epithymi, Polypodii ana ʒ j.
Caryophyllorum, Anisi ana ʒ ʒ.
Scammonii præparati, Hellebori nigri,
Salis Indii ana ʒ ij ʒ.
Agarici electi ʒ j.
Spec. Hieræ simpl. ʒ xv.
Succi Endiviæ quantum sufficit.

Fiat massa: leviter siccata servetur in papyro munda,
ceræ liquatæ intincta. Dosis à ʒ ij. ad ʒ j.
* Valent ad affectus melancholicos, & bile ustra-
natos. *Mesues.*

Pilula de lapide Armeno.

R. Lapidis Armeni loti,
Spec. Hieræ simpl. ana ʒ v.
Polypodii, Epithymi ana ʒ j.
Scammonii præparati ʒ iij.
Caryophyllorum ʒ ij.
Salis Indii ʒ j ʒ.
Succi Solani quantum sufficit.

Fiat massa: siccetur leviter, & in charta munda,
ceræ liquatæ intincta, servetur per annum. Do-
sis à ʒ ij. ad ʒ j. * Melancholiam & bilem ustram
multiplicem utramq; clementer vacuant: ob id
morbis inde natis conferunt. *Mesues.*

Pilula contra morbum Gallicum.

R. Ellebori nigri, triti ʒ j.
Præcipitati ʒ ʒ.
Fol. Senæ Alex. ʒ ij.
Croci ʒ j.
Misce, & cum Melle albo fiat massa pilularum.
Dosis à ʒ j. usque ad ʒ ij. *Fioravimus.*

*Pilula Mercuriales ad morbum
Gallicum.*

B Nonnulli post purgationem universalem fe-
quentibus pilulis Gallicam lucem curant:
R. Rhabbari electi ʒ x.
Scammonii ʒ iij.
Terantur, succum, vel syrupum de Limonibus
affundendo.

Argenti vivi, panno conclusi, ut granis mini-
mis effluat ʒ ij. vel ʒ vj.
Extinguatur diligenter eodem succo: cum q; sa-
tis extindum, & mixtum fuerit, sepe de eodem
C succo, vel syrupo affundendo, adde Farinæ triti-
cæ ʒ ij. Mochi ʒ j. Fiant pilulæ quinque pro
drachma, diligenter deauratæ. Nam aurum mi-
rifice hydrargyri noxam reprimit. Sumac quoti-
die noam pilulam sex horis ante cibum: illisq;ue
triginta dies utatur. Interea verò nullo alio utatur
medicamento: nec cathartico, nec topico: sed
bis in hebdomada tantum bibat aquæ Fœniculi
ʒ j. & aquæ vitæ ʒ ʒ. *Ant. Chalmersus.*

**DE PILULIS PUR-
gantibus humores
ferosos.**

Pilula de Mezereo.

R. Foliorum Thymelææ aceto infusorum &
exiccatorum ʒ v.
Myrobal. flavarum ʒ ʒ.
Myrobal. Chebularum ʒ iij.
Mannæ q. f.

Tamarindorum aqua Cichorii solut. q. f. ad for-
mandum. * Serofum excrementum valenter pur-
gant, seu aquas: ob id hydroperem juvant. Datur
à ʒ j. ad ʒ iv. *Mesues.*

Pilula de Eupharbio.

R. Euphorbii, Colocynthidis, Agarici,
Bdellii, Sagapeni ana ʒ ij.
Aloës ʒ v.
Succi Porri q. f.

Fiat massa. Siccetur leviter, & in charta munda,
ceræ liquatæ intincta, servetur per annum. Du-
tur à ʒ j. ad ʒ iv. * Ad emittendam hydroperic-
rum flavam aquam, & materiam tumoris discer-
tiendam valent: opem quoque afferunt lumbo-
rum doloribus, & podagræ humida causa con-
citata. *Idem.*

Pilula Hydragoga.

R. Hieræ simplicis cum Agarico ʒ ʒ.
Rhabbari,
Myrobalanorum Chebularum ana ʒ j.

Foliorum

Foliorum Chamelæz infusorum in Aceto vini, cui incohere mala Cydonia & exempta, extra Solem arefant, repetitaq; infusione à recentato aceto, & maceratione facta per horas 24. & deinde exicatorum ʒ ʒ.

Trochiscorum Alhandel ʒ ʒ.
Nucis myristicæ,
Caryophyllorum ana ʒ ʒ.
Fiat massa cum succo radicis Iridis. Datur ʒ j. superdormiat, & mox jusculum pilorum sorbeat. *Hernicus.*

DE PILULIS PURGANTIBUS HUMORES MIXTOS à capite.

Pilula sine quibus.

R. Aloës lotæ ʒ xiv.
Myrobal. flavarum, Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum, Rhabarbari, Mastiches, Absinthii, Rosarum, Violarum, Senæ, Agarici, Cuscutæ ana ʒ j.
Scammonii preparati ʒ vj ʒ.

Macerato scammonio in succi Fœniculi q. s. infusionem panno lineo colligatam fortiter exprime manibus oleo violato inunctis, & cum expressione fiat massa: siccetur leniter, & papyro munda ceræ liquatæ intincta, servetur per annum. Dosis à ʒ ij. ad ʒ j. * Mirificè puitans, bilem, & humorem melancholicum purgant, & ad suffusiones, oculorumque claritatem conducunt, visum conservantes: aurium dolorem sanant, & iliois conferunt. *Nicolas.*

Pilula lucis majores.

R. Rosarum, Violarum, Absinthii, Colocynthidis, Turbith, Cebubarum, Calami aromati, Nucis mosch. Spicæ Indicæ, Epithymi, Carpobalsami, Xylobalsami, Sem. Seselios, sem. Ruræ, Schœnanthi, Mastich rad. Azari, Caryophyllorum, Cinnamomi, Anisi, sem. Fœniculi, Sem. Apii, Castæ lignæ, Croci, Mæcis ana ʒ ij.
Myrobal. Citrinarum, Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum, Rhabarbari ana ʒ ʒ.
Agarici, Senæ ana ʒ v.
Euphrasie ʒ vj.
Aloës succocitrinæ ʒ xj. ʒ ij.
Succi Fœniculi q. s.

Fiat massa: leviter siccetur, & in papyro, ceræ liquatæ intincta, servetur per annum. Datur à ʒ ij. ad ʒ j. * Excrementa capitis pituitosa educunt, visumq; roborant. *Mesius.*

Pilula lucis minores.

R. Xylobalsami, Carpobalsami ana ʒ j.
Rad. Chelidonie ʒ v.
Rosarum, Violarum, Absinthii, Euphrasie ana ʒ ij.
Senæ, Epithymi, Myrobal. flavarum,

A Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum, Agarici, Colocynthidis, Schœnanthi, Lycii, Lapidis Lazuli loti ana ʒ ij ʒ.
Aloës lotæ ʒ vj.
Succi Fœniculi, aut Chelidonie quantum sufficit.

Fiat massa. Servatur in charta munda, ceræ liquatæ intincta per annum. * Excrementa capitis pituitosa educunt, visumq; roborant: atra tamen bilem magis vacuant. *Mesius.*

Pilula capitales.

R. Artanice, Colocynthidis, Agarici, Turpeti, Hermodactylorum ana Gr. xxiv.
Zingiberis, Caryophyllorum, Macis, Ligni Aloës, Salis gemmæ ana Gr. xij.
Diagridi ʒ j.
Aloës lotæ ʒ x.

Cum Hiera simplici fiant pilulæ vij. pro drachma. *Nicolas Stocker.*

Pilula ad omnem dolorem capitis.

R. Aloës hepatica lotæ ʒ ij.
Bryonia, Mastich ana ʒ j.
Cum vino fiant pilulæ. * Conferunt omni dolori capitis, memoriam reparant, & lictificant. *Francisc. Gorad.*

Pilula ad dolorem capitis, ex pblegmate & melancholia.

D R. Myrobalan. Chebularum, Myrobal. Belliricarum,
Myrobal. Emblicorum ana ʒ ij.

Salis ʒ ʒ.
Stœchados ʒ ij.
Hiera picæ ʒ j.
Pulpæ Colocynth. ʒ ʒ.
Absinthii ʒ ij.
Agarici ʒ j.
Turpeti, Epithymi ana ʒ xv.
Helleboni nigri ʒ v.

E Fiat massa. Dosis à ʒ j. usque ad ij ʒ. *Avicenna.*

Pilula salve mundificantes caput.

R. Turpeti, Aloës ana ʒ x.
Colocynthidis, Scammonie ana ʒ ij.
Anisi, Salis ana ʒ j.

Fiat massa cum vino. Dosis aur. j. *Avicenna.*
Pilula ad dolorem capitis ex melancholia.

F R. Epithymi, Agarici ana ʒ ʒ.
Polypodii ʒ ij.
Hieræ ʒ vij.
Salis ʒ ij ʒ.
Myrobal. Indarum ʒ v.
Lapidis Lazuli ʒ ij.
Dosis ʒ ij. *Avicenna.*

Pilula ad melancholiam, validiores.

R. Prœonia, Myrrhæ, Stœchados Arabici, Melissæ, Thuris, Croci, Myrobal. trium, Rosarum ana ʒ j.
Trochisc. de Agarico, Polypodii, Epithymi

Senæ, Lapidis Lazuli loti & preparati,
Boli Armeni preparati ana ʒ ij.
Aloës lotæ ʒ ij.
Cum vino fiant pilulæ. *Idesh.*

DE PILULIS PUR- gantibus humores mixtos à stomacho.

Pilula Hiera simplicis.

R. Aloës ʒ l.
Cinnamomi, Xylobalsami, Alari,
Spicæ Indicæ, Croci, Mastiches ana ʒ ij.
Mellis rosati q. s.

Fiat massa. Servatur per annum in charta munda, ceræ liquatæ intincta, servanda per annum. Dosis ad ʒ ij. * Adversus vitia ventriculi ex humoribus biliosis & pituitosis nata profunt. *Galenus.*

Pilula de Hiera composita.

R. Cinnamomi, Spicæ Indicæ,
Croci, Scheenanthi, Alari,
Xylocassia, Xylobalsami,
Carpobalsami, Violarum, Absinthii,
Epithymi, Agarici, Rosarum,
Turbiti, Colocynthidis, Mastiches ana ʒ ij.
Aloës ʒ x. ʒ ij.
Aqua Endiviæ q. s.

Fiat massa, in papyro munda, ceræ liquatæ intincta, servanda per annum. Dosis ut supra. * Operantur vitia capitis, nervorumque ab humoribus pituitosis procreatis.

Pilula Assuetæ.

R. Spec. Hiera pictæ Gal. ʒ ij.
Mastiches, Myrobal. Citrinarum ana ʒ j.
Aloës ʒ ʒ.

Fiat massa, in charta munda, ceræ liquatæ intincta, servanda per annum. Dosis ad ʒ ij. * Bilem flavam & pituitam vacuant. *Avicenna.*

Pilula ex Turbiti.

R. Turbiti gummosi ʒ x.
Mastiches ʒ ʒ.
Rosarum rubrarum ʒ ij.
Aloës ʒ ij ʒ j.
Succi Absinthii q. s.

Fiat massa. * Materiam pituitosam putrè & aquosam ex ventriculo & cerebro vacuant. *Mesues.*

Pilula ex Turbiti, alia.

R. Turbiti,
Myrobal. Citrinarum, Aloës ana ʒ x.
Mastiches, Rosarum, Spicæ ana ʒ ij ʒ ʒ.
Anisi ʒ j ʒ ʒ.
Salis Indii ʒ ij.

Idem quod sequentes promittunt.

Pilula ex Turbiti aurea.

R. Turbiti optimi ʒ xvj.
Aloës ʒ j ʒ ʒ.
Mastiches, Rosarum ana ʒ vij.
Myrobal. flavarum ʒ x.
Croci ʒ iv.

A Succi Absinthii quantum sufficit.
Fiat massa, in charta munda, ceræ liquatæ intincta, servanda per annum. * Bilem & pituitam circa molestiam purgant, hepar & ventriculum roborant, coctionem juvant. *Mesues.*

Pilula de Aloë & Mastiche.

R. Aloës ʒ j.
Mastiches ʒ ʒ.
Caryophyllorum, Rosarum rubrarum ana ʒ j.
Croci, Diagridi ana ʒ ij.

B Succi Absinthii, vel
Succi Fœniculi q. s.
Fiat massa. * Respicunt virtutem naturalem. Purgant incolumiter stomachum à phlegmate & à cholera. *Nicolaus.*

Pilula de Aloë lota.

R. Aloës lotæ cum succo rosarum ʒ j.
Agarici trochiscati ʒ ij.
Mastiches ʒ ij.

C Spec. Diamofchi dulcis ʒ ʒ.
Vini malvatici q. s.

Fiat massa, in papyro munda, ceræ liquatæ intincta, servanda per annum. * Ventriculum, cœcæ, viscera reliqua, oculos, uterum purgatis humoribus purgant, & roborant. *Incorius.*

Pilula de Aloë rosata.

R. Aloës rosatæ optimæ & pellucidæ ʒ j.
Cum vino fermentur pilulæ, pro drachma quot volēs. * Minus purgant, magis roborant. Aloë rosata dicitur, quæ succo rosarum sepius est elota, aut quæ eundem succum sepius imbibent. *Augustini.*

Pilula de Aloë rosatæ, aliter.

R. Foliorum rosarum viridum ʒ iv.
Terantur, seu incidantur minutissime, & cum Aloës ʒ j, incorporentur: quibus exiccatis de novo addantur totidem rosæ, & tertium reterantur: postea formetur massa, quæ usui referretur. *Arnoldus Villanovanus.*

Alia elegans Aloës preparatio.

Aloë parant magis quidam viri, ita ut omnem noxam exuat hoc modo: Cum Syrius aestivo solstitio flagrat, pulveri Aloës remiscant serum lactis, dum pulvis characterem trahat: Solitæ ponunt dum indurescat. Iterum in pulverem committunt & lacum Endiviæ affundunt, de novoque siccant: tandem in pollinem vertunt, ac Rosarum Perticarum succo imbuunt: & sepius eandem historiam peragunt: ultimo siccantur in usum reponunt, & ex ea pilulas efformat. *Hieron.*

Pilula imperiales, magistrales.

R. Cinnamomi, Amomi, Anisi, Mastiches,
Cardamomi minoris, Zingiberis,
Zedoaria, Maceris, Nucis moschatæ,
Caryophyllorum, Croci, Cubebularum,
Ligni Aloës, Turbiti, Mannæ,
Agarici, fol. Senæ, Spicæ Indicæ,
Myrobal. Citrinarum, Chebularum, Indarum,
Bellucarum, Emblicarum ana ʒ j.

Rhabar.

Rhabarbari ℥ j. Aloës ℥ ij.
Syrupi ros. lax. q. f.
Fiat massa. * Modicum solvunt, & plurimum confortant stomachum, & omnia intestina frigida: muniunt virtutes naturales, remouent frigiditatem, clarificant sanguinem & spiritum.

Pilula Aurea sive Magica.

R. Fol. Auri Gr. xij.
Thuris, Myrrhae, Croci,
Ligni aloës, Cinnamomi, Cort. mali citri,
Melissae, Serici cocineae crudi, Menthae,
Been albi, Been rubri ana ℥ ℔.
Rosarum rub. Sandali rubri, Coralli rubri,
Myrobal. Emblicarum,
Myrobal. Chebulorum,
Myrobal. Indarum ana ℥ j.
Aloës lotæ ad pondus omnium.
Cum vino optimo confice pilulas. Pituïtam, atram bilem educunt absque molestia: singula membra corroborant, spiritus acuum, & illuminant: ita eos dilatant, ne contricti molestiam pariant, sed dilatatione, & lumine gaudeant, ita rursus stabilunt, ne extensione nimia evanescant *Marsilius Ficinus.*

Pilula Angelica Fioravanti.

R. Colocynthidis ℥ iv.
Aqua vitæ optimæ circulatæ ℥ ℔ j.
Mac. rentur per dies tres: inde fiat fortis expressio: cui adde
Aloës hepaticæ, Elleb. nigri, Myrrhae ana ℥ j.
Miscantur trita, & ponantur in loco calido dum ferè exsiccantur: mox adde
Croci, Cinnamomi, Sulphuris flavi ana ℥ ℔.
Incorpora bene, & permute, dum perfecte exsiccantur: inde cum melle fiat massa, in vase plumbeo seruanda. Dosis ℥ j. Valent ad omnia generamorborum. Purgant bilem utranq; & pituitam elementem, ita ut etiam gravidis mulieribus exhiberi sine periculo possint. Febres omnes & catarrhos sanant.

Pilula Aquilina Fioravanti.

R. Conseruæ rosarum ℥ iij.
Ligni aloës ℥ j.
Olei Vitrioli Gr. x.
Cinnamomi electi ℥ ij.
Lapidis philosophici nostri ℥ j.
Sacchari albi ℥ ij.
Misce, & cum syrupo acetoso fiat massa. Dosis ℥ j. usq; ad ℥ ij. cum vino. * Valent ad omnes infirmitates: purgantq; sine nocumento.

Pilula Magistrales.

R. Olibani, Masticis, Myrrhae, Sarcocollæ,
Aloës hepaticæ, Ellebori nigri, Turpeti,
Colocynthidis, Croci ana q. f. est.
Moschi ℥ ℔.
Terantur minutissime, & cum melle rosato & aqua vitæ fiat massa pilularum. Dosis ℥ ij. ad ℥ iij. * Purgant humores corruptos viscosos & crassos: corpora à putredine conseruant: conferunt po-

A dagricis, nec non Gallico morbo affectis. *Fioravanti.*

Pilula saluberrima.

R. Myrrhae electæ, Croci,
Ossis de corde Cervi, Caphuræ,
Spodii, sem. Ocymi ana ℥ ℔.
Ligni aloës ℥ j. Gr. v.
Boli Armeni cum aqua ros. preparati ℥ j.
Been albi ℥ ℔. Gr. v.
Flor. Buglossæ ℥ j.
B C Caryophyllorum, Cort. mal. citri,
Sem. Citri, Zingiberis ana ℥ j.
Ambræ griseæ electæ Gr. v.
Hyacinthorum, Granatorum ana ℥ ℔.
Agarici optimi, Rhabarbari electi ana ℥ j.
Spicæ Indicæ ℥ ℔.
Aloës hepaticæ electæ & elotæ, ad pondus omnium. Cum aqua Buglossæ fiat massa non nimis spissa. Ista pilula possunt circa administrationem acui cum
C Diagridio, Trochiscorum Alhand. ana quantum satis est.
Et formentur pilulae.

Pilula.

R. Myrobal. Chebulorum ℥ ℔.
Rosarum rubr.
Sandali rubri,
Embllicorum,
Cinnamomi electi,
D Croci, Cort. mali citri,
Been albi,
Been rubri,
Melissæ ana ℥ j.
Aloës electæ riteq; ablutæ ℥ xij.
Cum vino fiant pilulae: quibus hebdomada quolibet semel utaris diluculo, eo scilicet pondere, quo naturæ rux conveniat, ætate quidem cum aqua rosacea, aliàs verò cum vino. Pituïtam & atram bilem evacuant. *Marsilius Ficinus.*

Pilula Galeni ad laxandum.

R. Diagridii ℥ iij.
Colocynthidis, Aloës ana ℥ ℔.
Myrrhae ℥ ij.
Masticis ℥ j.
Fac pilulas cum vino, ad modum cicetis.

Pilula de Elaterio.

R. Aloës ℥ ij. Masticis ℥ j.
Elaterii ℥ iij.
Cum succo cucumeris asinini conficitur. Da iij. vel v. * Suaviter ducunt, & principaliter melancholiam, & phlegma purgant, sive choleram rubeam. *Nicolaus.*

Pilula alia.

R. Aloës lotæ ℥ j.
Myrobal. Emblicorum,
Myrobal. Chebulorum,
Masticis, Rosarum rubr. ana ℥ ij.
Cum vino fiant pilulae. * Pituïtam, atramq; bilem evacuant. *Mars. Ficinus.*

DE PILULIS PURGAN-
tibus humores mixtos ab
hepate.

Pilula de tribus.

R. Rhabbarbari, Agarici,
Aloes lotæ ana ℥ ij ℥.

Syrupi ros. lax. q. l.
Fiat massa, in charta munda, ceræ liquatæ intin-
cta, servanda per annum.

Pilula ex Halicacaba.

R. Absinthii, succi Absinthii,
Succi Eupatorii, Aloës,
Myrobal. flavarum, Mastiches,
Crocī, Rhabbarbari, Cancami loti,
Asari, Anisi, Casie lignæ,
Sem. Fumarie ana ℥ ij.

Hieræ picræ ℥ iij.
Aque Solani q. l.
Fiat massa. * Ad febres diurnas ex humori-
bus variis ortas, obstructionem hepatis solvant,
& inde ortum dolorem, & incipientem hydro-
pem: dantur à ℥ j. ad aur. j ℥. *Mesues.*

Pilula ad Hydropem.

R. Spicæ Indicæ, & Romanæ ana ℥ ℥.
Agarici, Aristolochiæ, Amomi,
Crocī, Aeris combusti, Epithymi,
Masticis, Hyperici, Costi,
Chamaedryos ana ℥ iij.
Myrrhæ, Kerfe medicinalis,
Squacanthi, Tithymali ana ℥ j.
Aloës ℥ j.

Pulverizentur, & cum aqua fiat massa pilularum.
Dosis ℥ ij. cum vino. *Galenus.*

Pilula Philagrii.

R. Trochiscorum Diarrhod.
Trochisc. de Rhabbarbaro ana ℥ ℥.
Succi Eupatorii,

Succi Spinæ albæ ana ℥ ij.
Absinthii ℥ j ℥.
Myrobal. citrinorum, sem. Cuscute,
Turpeti ana ℥ ℥.
Agarici, Aloës ana ℥ j.
Salis Indi ℥ j ℥.

Confice cum aqua Fœniculi. Dosis ℥ ij. * Va-
lent ad febres antiquas. *Mesues.*

DE PILULIS PURGAN-
tibus humores mixtos
à toto.

Pilula aggregativa, majores.

R. Myrobal. flavarum,
Rhabbarbari ana ℥ ℥.
Succi Eupatorii,
Succi Absinthii ana ℥ iij.
S. ammonii præparati ℥ vj.
Myrobal. Ciliularum, Indarum,
Agarici, Colocynthidis,
Poiypod. ana ℥ ij.
Turbitis, Aloës ana ℥ vj.
Masticis, Rosarum rubr.
Salis gemmæ, Epithymi,
Anisi, Zingiberis ana ℥ j.

Craffiulcule omnia conterantur, & cum electua-
rii rosar Mellæ quantum sufficit, fiat massa, in
charta munda, ceræ liquatæ intincta, servanda
per annum. Dosis ad ℥ j. * Valent ad diurnas
febres, & vitia capitis, ventriculi, & jecinoris.
Humores item biliosos, & pituitosos educunt.
Mesues.

Pilula aggregativa, minores.

R. Myrob. Citrinorum, Indorum,
Embllicorum ana ℥ iij.
Masticis, Anisi, succi Eupatorii,
Succi Absinthii, succi Rosarum ana ℥ ij.
Rhabbarbari ℥ v.
Spec. Hieræ picræ Galeni ℥ j ℥.
Cum succo Apii formetur massa. *Mesues.*

DE CON-